p vna Ita tame q verba no finiant antequa
omes tres sint complete In hoc aut q fiat
vna vel trina quilibet debet seruare ritu
eccle sue ut dcm est sup de alio Capitulum septimum

Effectus baptismi est De effectu Baptismi
delere omem culpa ta originale qua
actuale et conferre gram et apire ianuam
regni celestis In quo differt a circucisione
q licet an passione xpi circucisio deleret
culpam originale et oferret gram tamen
ianua regni celestis apire no poterat Et
ista e snia Bede qui dicit in omelia de cir
cucisione dni Vere debet frintas vra qd

ide salutifere curationis remedium olim circumcisio
in lege contra originale peccatum quod nunc tempore
revelante gratia baptismus agere consuevit
excepto quod ianua regni celestis aperire non po
terat ¶ Sciendum autem quod baptismus aliter operatur
in parvulis et aliter in adultis quia in parvulis nihil
requiritur a parte ipsorum sed in adultis requiritur a parte
ipsorum quod non ponant obicem i. quod non habeant con
traria dispositionem scilicet quod non accedant ficti ad
baptismum sed accedant cum debita devotione Non solum
autem baptismus confert gratiam ymo etiam omnibus
ipsum suscipientibus offert qui non ponunt obicem
omnes virtutes tam theologicas quam morales et
si non quantum ad usum ad minus quantum ad habitum
Et ista est opinio consilii generalis et habetur in
constitutionibus domini clementis quinti extra de
summa trinitate et fide catholica capitulo fidei catholice
Est autem alius effectus baptismi quia per ipsum
contrahitur cognatio spiritualis que impedit
matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum
de hoc tamen dicetur infra quando agetur de matrimonio
Per baptismum autem imprimitur caracter ut dictum
est supra Et ideo baptismus non debet iterari ymo
pena illius qui iteraret secundum leges est deca
pitatio C. ne sanctum baptisma iteretur l. ij. Secundum
canones vero est quod non possit promoveri ad sacros
ordines

Capitulum octavum de annexis baptismo

Baptismus qui fit cum debita solempnitate
precedunt cathecismus et exorcismus Cathe
cismus est idem quod instructio quia in baptismo instru
itur baptizandus de fide et merito fidei Unde
a baptizando petit sacerdos quid petit et ipse
si est adultus respondet fidem Si autem sit parvulus

rndent in psona eius patrin Et tunc sacerdos
petit fides quid tibi prabit Et ille rndet vitam
eternam Et tunc dicit hec e vita etna &c Et in
isto Cathecismo facit tria sacerdos baptizando
Primo mittit digitum in aures et ponit de saliva
in ore eius et significat q baptizandus debet
habere aures aptas ad audiendum verba dei
et documenta fidei Positio salive in ore signi
ficat q debet esse promptus ad rndendum
et ad loquendum de fide q locutio fit medi
ante saliva Secundo facit ei cruce in fronte et
in pectore et significat q baptizandus debet
hre et recipere fidem xpi in corde q signifi
cat crux facta in pectore et in ore Nec debet
erubescere confiteri fide xpi quod significat crux
facta in fronte q in fronte statim apparet ve
recundia q scdm q dicit apostolus ad Ro x c
Corde creditur ad iusticiam ore aut confessio fit
ad salutem Tercio ponit de sale in ore et signat
q iuxta doctrinam apli omnis sermo eius debet
esse sale divine sapie conditus Exorcismus est
idem q adiuratio q adiuratur demon ut recedat
de anima baptizandi et det locum spui sancto advene
menti Et facit tria sacerdos baptizando q
Primo facit ei cruce cu police in fronte et signi
ficat q baptizandus consignatur ut sit templum
sive habitaculum spus sancti Secundo facit ei crce
de sputo et ad os et significat q baptizandus
debet hre os clausum ne loquatur mala verba
et ad aures signat q det hre aures cordis clau
sas ne audiat suggestiones diaboli et debet sp
vivere ut sit scdm doctrinam apli bonus odor
xpi in vita Vel istud significat q talis

debet emittere fumum devote orationis pro quia effugatur
demonium iuxta verbum Raphaelis in Thobia
dicentis fumus effugat omne genus demoniorum
et ista fiunt cum sputo i. virtute xpi quod significatur
per sputum Nam secundum quod dicit glosa super illud
verbum Johannis lutum fecit ex sputo sicut sputum
emittitur ab interioribus cordis ita filius dei gigni-
tur ex substancia dei patris // Tercio facit ei cruce
de oleo exorzizato in schapulis et in pectore et
significat quod baptizandus debet esse fortis ad
luctandum contra diabolum ad portandum onera
penitencie et ista fiunt mediante oleo divine gracie
¶ Post baptismum autem sacerdos facit tria bapti-
zando quod primo inungit eum crismate et significat
unctiones gracie spiritus sancti qua suscepit in
baptismo Secundo tradit ei vestem albam et
significat innocenciam baptismalem Tercio tradit ei
cereum accensum et significat lumen fidei quod
datur in baptismo ¶ Sciendum autem quod ista non sunt
de essencia baptismi quod sine istis potest dari bap-
tismus in casu necessitatis sed in tali casu si bap-
tizatus supervixerit debet portari ad ecclesiam
et ibidem cathezizari et exorzizari propter ritum
ecclesie servandum non autem debet baptizari iterum si
sit certum quod sit recte baptizatus sed si non est
certum quod sit recte baptizatus debet baptizari
sub ista forma Si es baptizatus ego non te
baptizo Sed si non es baptizatus ego te bap-
tizo In nomine patris etc. Et hec sufficiat dicere de
baptismo Tractatus tercius prime partis de confirmacione

Quia ad generacionem spiritualem sequitur aug-
mentum spirituale Ideo postquam de spiritu-
ali generacione que fit in baptismo dictum est

Restat dicendū de spūali augmēto qz fit in con
firmatōe Circa quā consideranda sūt septem
Primo quid sit confirmatio Scdo de materia
confirmatōis Tercio de eius forma Quarto
de ministro Quinto de suscipientibus Sexto de
ritu eius Septimo de eius effectu / Caplm

Confirmatio ut sic / primū qd ē cōfirmatio /
notificari Cōfirmatio ē consignatio fca
cū crismate in fronte baptizati ab epo cum
certa forma rōbor ad audacter confitendū
nomē xpi Caplm scdm de matia cfirmatōis

Materia sacri confirmatōis ut pōt pate
re ex dca diffinitione / est crisma / in quo
quidē crismate sunt duo s. oleū oliuaꝝ et
balsamus ¶ Et racio quare ista duo sūt matia
huius sacri est institucio xpi qui instituit ista
duo esse matiam huius sacri licet enī non
inueniat' in euangeliis quia xpus illud insti
tuerit tamē btūs petrus qui fuit vicarius
xpi et pastor et rector vniūsalis ecclie docuit
et pdicauit et pmulgauit xpm instituisse
et licet ista pmulgacio nō inueniat' in ca
nonicis .i. in eplis bti petri tamē dns ppa
habet in secretis ecclie Roman et ut haberi
ex obseruancia vniūsali totius ecclie a tempe
bti petri usqz nunc Quequidē obseruancia
pertinet autoritati cuiuslibz ut vniūsalis
ecclia regitur a spū sto et errare nō possit
¶ Et si queratur quare euangeliste nō posuerīt
in euāgeliis matias et formas sacroꝝ Ad
hoc videt btūs Dyonisius in libro de eccle
siastica Jherarchia dicens qz euangeliste nō
lueruit hoc facere ne mēe et forme sacramentoꝝ

venirent in derisione infidelium quia sedm quod
dicit salvator margarite non sunt ponende
ante porcos Tercius aut est de baptismo quia
baptismus est sacrm maxime necessitatis quia sine
bapo non pt esse homo salvus et ideo oportuit
quod forma eius esset omnibus nota et ideo quattuor
euangeliste posuerunt eam expresse in evangeliis
// Assignatur aute a doctoribus talis ro quia crisma
est propria materia istius sacri Quia in crismate ut
dictum est sunt duo scilicet oleum olivarum et balsamus
et proprietates istorum maxime conveniunt huic
sacro quia oleum olivarum est nutrimentum splen
doris et ideo ponitur in lampade ut lumen
possit ibi durare Et ideo oleum est signum maioris
noticie luminis fidei quam debet habere pre aliis con
firmatus quia ipse tenetur expresse se obicere
persecutoribus fidei et confiteri fidem Tria absque
hoc quod requiratur Unde de confirmato dicitur
in ps Inveni david servum meum in baptismi sus
ceptione oleo sancto meo unxi eum in confirmatione
Manus mea auxiliabitur ei in fidei persecutione
Balsamus aut ratione sue fragrantie designat
odore bone fame et opinionis que debet esse
in confirmato Unde in eccl Dicit cinamomum
et balsamum aromatizans odore dedi // Assignant
ergo doctores sic Illud est propria materia sacri cuius
proprietates maxime conveniunt effectui sacramenti con
firmationis ergo ista sunt propria materia sacri con
firmationis Sciendum tamen quod ista oportet esse
sanctificata sive benedicta ab epo anteque sint propria
materia istius sacri Et ideo assignatur a venerabili doctore
sancto Thoma de Aquino in iiij suo quia in illis
sacris que corpus recipit in corpore suo non

requirit significatio materie corūd quia xpc tactu
suo sacratiſſimi corporis significauit eā et ideo quia
xpus fuit baptizatus no requirit de neccitate
sacri q pus bndicat aqua anq̄ sit matia
bapmi Quia ut dicit Beda xpus tactu sue
mundiſſime carnis vim regnatiuam contulit
aquis quia etiā xpus suscepit sacrm Eucha
ristie in seipso no requirit q panis et vinū
pus bndicatur anquā sit mā sacri Eukaristie
sed in illis sacris que xpus no suscepit in se
ipso requirit q precedat materie significacio Et
ideo q xpus no suscepit sacrm cōfirmacois
in se ipso Ideo in cōfirmacōe requirit me conse
cracio et ide dico de sacro ordinis et de sacro
extreme vnctionis ¶ Alia rō aſſignat ab eode
doctore in vltiā parte Quia in illis sacris
in quibus requirit minister specialit consecratus
requirit specialit mā ꝯsecrata ut sit matia
sacri conformit se habeat ad ministrū sacri sed
in sacro confirmacois requirit minister specialit
consecratus videlicet Epus Quare in sacro
cōfirmacois requirit mā spalit consecrata
In alia mā no pt fieri hoc sacrm Caplm iiiū

Forma istius sacri De forma cōfirmacois
sunt verba que Epus dicit qñ facit
cruce in fronte confirmandi cū crismate que
verba sunt ista Consigno te signo crucis
Confirmo te crismate salutis In noie pris
et filii et ss. Ame Et quia ista forma sit co
ueniens forma huius sacri pt sic pbari Illa
forma e conueniens forma sacri per quam
et in qua exprimit ea que sunt neccia ad
sacrm Sed in ista forma exprimit ea q sut

necessaria ad sacramentum confirmacionis quia in confirma
cione est necessaria persona ministri conferens sacramentum
et ista exprimitur cum dicitur confirmo consigno
Est etiam ibi necessaria persona suscipiens sacramentum que
exprimitur cum dicitur te Est ibi etiam necessaria materia
sacramenti que exprimitur cum dicitur crismate Est etiam
ibi necessaria virtus dei conferens efficaciam sacramento
que exprimitur cum dicitur In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen
Effectus etiam sacramenti exprimitur in ista forma sed
istud videbitur infra quando agetur de effectu eius
sacramenti quare manifestum est quod ista forma est con
ueniens forma huius sacramenti

Capitulum quartum de ministro confirmacionis

Minister huius sacramenti est
ut habetur extra de consuetudine c. quanto [illegible]
sacramentis iterari vel non solus episcopus cuius racio
assignatur a doctoribus talis sicut est in politica
corporali bene ordinata ita suo modo debet esse in
politica spirituali Sed sic est in politica corporali
bene ordinata quod promouere aliquem ad statum et gradum
excellencie super alios pertinet ad illum qui
habet curam communitatis scilicet ad principem quare
cum confirmatus per sacramentum confirmacionis ponatur
in statu excellencie super alios quia confirmatus
efficitur miles christi Ideo conferre sacramentum confir
macionis pertinet ad episcopum qui habet curam
totius communitatis in sua diocesi Sed utrum
in casu necessitatis alius quam episcopus possit con
firmare Dicendum quod in materia istius contra
riantur ad inuicem sibi doctores dicunt enim quod papa
posset committere cuicumque viro fideli quod ministraret
sacramentum confirmacionis et assignant racionem quia
Ille qui tenet locum christi in terris et habet ple
nitudinem potestatis in ecclesia potest dispensare in

ſacro in omnibus illis que no fuerut iſtituta
a xpo ſed no legit² in toto canone noui teſtamti
q xpus inſtituerit ſacrm confirmacois dari
a ſolis epis Ergo ppa qui habet plenitudine
ptatis in eccli̅a et tenet locu xpi in terris
pt ordinare q ſacrm confirmacois ab alio
qua ab epo conferatur // Alij aute doctores
dicut contrarium dicut q ppa no poſſit con
mitte aliciu niſi eſſet epus q conferret ſacrm
confirmacois et aſſignant talem racionem
quia in illis que ſunt de neccitate ſacri no
pt aliq per ppam mutari Sed epus de
neccitate ſacri eſt miniſter ſacri confirmacois
et ideo no pt per aliq fieri q alius q epus
conferat iſtud ſacrm maior iſtius racois
conceditur ab omnibus / minor aute xpi pbat
ſic q ſicut de neccitate ſacri eſt q eius ma
ſit ſtificata nec aliquis poſſit iſtud mutare
ita de neccitate ſacri eſt q eius miniſter ſit
ſtificatus q ſtificacio ſit in epali conſecra
cione quare ſolus epus de neccitate ſacri
e miniſter huius // Alij aut doctores tenent
via media et dicut q dns ppa no pt con
mitte cuicuq fideli in dni q conferret ſacrm
confirmacois ſed omni ſacerdoti pt committere
et rone primi dicti aſſignant q nulli pt
committi q heat ptatem ſuper corpus xpi
miſticu ad minus quo ad diſpenſacoez ſacrorum
niſi heat ptatem ſup corpus xpi veru Et
ideo ſoli ſacerdoti pt committi q heat ptate
ſuper corpus xpi miſticu et hoc in diſpen
ſando ſacra ſed miniſtrando ſacrm confirma
cionis habet potes ſuper corpus xpi miſticu

quare soli sacerdoti pt committi qz sit minister sacri
confirmacionis Racionem secundo dicit assignat ex
quodam decreto in quo legitur qz Gregorius papa
commisit quibusdam sacerdotibus Anglie qz vn
gerent baptizatos in fronte cum crismate sed in
tali vnccione confertur sacramentum confirmacionis quare
patet qz sacerdotibus pt committi a papa qz confe
rant huiusmodi sacramentum Et istud vltimum reputo
verius Capitulum tricesimum de recipientibus confirmacionem

Sacramentum confirmacionis debet recipere bapti
zati tam viri quam mulieres quia secus
est de milicia seculari et de milicia spirituali qz
miliciam secularem non debent recipere mulieres sed
soli viri qz mulieres non sunt apte ad pugnandum
corporaliter Miliciam autem spiritualem possunt recipere
indifferenter omnes tam viri quam mulieres quia tam
viri quam mulieres sunt apti pugnare spiritualiter
contra persecutores fidei Sed milicia spiritualis
datur in sacramento confirmacionis quare sacramentum con
firmacionis possunt recipere tam viri quam mulieres et
hoc qz dicit apostolus In cristo ihesu neque masculus
neque femina vult dicere qz quo ad cristum non est
differencia de masculo et femina ¶ Sed nunquid pueri
sunt confirmandi Dicendum qz sic statim ut incipiunt
habere usum racionis quia tunc sunt apti ad confi
tendum fidem cristi et in sacramento isto datur spiritus
sanctus ad robur ut fides cristi audacter confiteatur
¶ Sed nunquid sine peccato potest aliquis obmittere ne
vmquam recipiat sacramentum confirmacionis Dicendum qz
sine isto sacramento pt saluus esse qz multi non
confirmati saluantur Sed si occurrat oportunitas
suscipiendi istud sacramentum quilibet cristianus debet
recipere et si sine causa racionabili dimittat

xpm̄ suscipe putat mortalit' nisi suscipiat xpm̄
Et ro huius pt esse ista, quia quilibet quatu in
se est debet se dispone ad suscipiendū gram̄
vel eius augmentū, si sit capax eius, per q
confertur gra vel eius augmentū sed i sacro
cofirmatois si digne suscipiat' confertur gra
vel auget' ergo quilibet hita optūitate debet
istud suscipe sacrm̄ Et ideo sacerdotes hentes
cura aiaz dent instrue prochianos suos ut
qn̄ tpus erit pmo in sua prochia suscipiant
istud sacrm̄ **Caplm Sextū de ritu cōfirmationis**
Ritus istius sacri est q qn̄ aliqs confirmat
inungit per modū crucis ab epo i fronte
cū crismate sub forma verboz sup posita Co
signo te zc Et iste ritus est conueniens cuius ro
est q in ritu sacri debet significari virtus et
effectus sacri Modo effectus istius sacri e q per
xpm̄ datur spus scus ad audacter confitendū
fidem xpi et per xpm̄ confirmatus efficit' pu
gil xpi et ista signt' in ritu istius sacri Nam
per unctione signt' q confirmatus in confir
macoe efficit' pugil xpi nam antiquitus pu
giles inungebant' Per alia signabat' q
confirmatus debet audacter confiteri fide xpi
Na a confessione fidei posset aliquis impediri
ppt duo s. ppt verecūdiam vel ppt timore
Cont pmū fit confirmato crux cū crismate in
fronte ut nō erubescat confiteri fide xpi quia
in fronte pmo apparet verecūdia q qn̄ homo
verecūdat' frons incipit erubescē Ideo contra
ruboze verecūdie inungit' frons Sed contra
timore fit etiā crux in fronte quia qn̄ homo
timet incipit frons et tota facies palescē Et

ideo cont timore confirmatus munit signo crucis
Alapa aute que dat confirmato no est de necitate
sacri sed solu dat ppt memoria **Caplm septimu de effectu confirmationis**
Effectus sacri confirmatois est ut dcm est sup In eo dat sps scus
ad robur ad audacter confitendu fide xpi Un
nisi sit obex i impedimentu ex parte suscipi
entis in isto sacro dat noua gra vel antiqua
auget Est eciam alius effectus istius sacri qr per
ipm si digne suscipiat pcta oblita mortalia
et venialia dimittunt Per istud eciam sacrm
imprimit caracter ut dcm est supra Ideo istud
sacrm no debet nec pt bis suscipi ymo qui
scient bis ipm suscipperet meret scdm leges
decapitari scdm qd dcm est sup de baptismo
¶ Sciendu aute q caracter confirmatois pre
suppoit caracterem bapmi qr nullus pt sus
cipe istud sacrm nisi fuerit baptizatus Per
istud eciam sacrm contrahit cognatio spualis
sic p baptismu q impedit mrimoniu De hoc
tame dicet infra qn agetur de mrimonio Et
hec de sacro confirmatiois dicta sufficiant

Tractatus Quartus prime partis de sacramento Eucharistie

Postq dcm est de generatione spuali q fit
in baptismo et augmento spuali q fit
in confirmatoe Dicend est de spuali nutri
mento quod dat in sacro eukaristie ¶ Circa
q considevanda sunt Undeci Primo quid
est eukaristia Scdo de ministro misse quis et
qualis debet esse Tercio de ma sacri misse
que et qualis debet esse Quarto de forma
Quinto de loco in quo debet celebrari missa
Sexto de tempe quo debet celebrari missa

Septimo quotiens in die debet celebrari missa Octavo de vestibus quibus debet indui sacerdos in missa Nono cui debet dari sacrificium misse Decimo de ritu misse Undecimo et ultimo de defectibus que possunt occurrere in missa

Capitulum primum quid est eucharistia

Eucharistia ut sit notificari Eucaristia est sacrum corporis et sanguinis christi tote totum sub speciebus panis et vini virtute verborum a sacerdote prolatorum Et dicitur ab eu quod est bonum et caris quod est gratia quia in eo continetur ille qui est fons gratie scilicet christus de cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia ut dicitur Jo. primo

Capitulum secundum de ministro eucharistie

Minister sacri eucharistie id est minister qui potest et debet celebrare missam est sacerdos rite et legitime ordinatus sine mortali peccato existens et cui non est prohibitum celebrare // Dico qui potest et debet quia multi possunt qui non debent celebrare missam sicut sacerdotes heretici excommunicati vel scismatici vel degradati non debent celebrare tamen possunt si celebrent verum conficiunt corpus christi peccant tamen mortaliter in dicendo missam Et non solum ipse celebrans ymo omnes qui audiunt missam eorum si sint notorii tales et audientes sciant Dico rite et legitime ordinatus in sacerdotem potest celebrare missam Intendendum tamen est aliquem non rite et non legitime ordinari posse duobus modis Uno modo quod in ordinatione sua obmittatur aliquid quod sit de essentia ordinis vel ordinatoris sicut quod non ordinetur ab episcopo vel quod quando ordinatur non Jungantur ei manus vel quod non tradatur sibi calix vel

q ordinans no dicat verba debita et statuta
vel q no habeat intentione ordinandi et talis
nullomo pt celebrare quia talis no e sacerdos
Aliomo qn in ordinatione sua seruatis oib9
que sunt de essentia ordinis siue ordinatois
obmittat aliquid eorum que sunt de solempnitate
ordinis vel ordinationis et talis bene pot
celebrare / tamen credo q no debeat potissime
si ex negligentia fuerit aliqd tale omissum q
sit de essentia ordinis siue ordinatois et q
de solempnitate determinat no est partis
speculatois q scire istud magis spectat ad
epm quam ad simplice sacerdote // Dico etiam
sine pcto mortali epns q nullus in pcto mor
tali epns debet celebrare missam ¶ Notandu
tamen q aliquem esse in pcto mortali pt duob9
modis esse Unomod q sit in pcto mortali no
torio Aliomod q sit in pcto mortali occulto
si primo mo q sit notorie hereticus vel scis
maticus vel excoicatus vel fornicarius no
solu ipse pccat in celebrando ut dcm e primo
omnes qui audiant missam eius Et ro est q
ista quatuor crimina magis repugnant huic
sacro Nam in hoc sacro est secretum fidei Jdeo
repellunt heretici Vinculum caritatis Jdeo
repellut cismatici et excoicati Est etiam vas
gre Und vocat eukaristia Jdeo repellunt
symoniaci qui gram emunt et vendunt Est etiam
eleuans hoiem ad statum spualem Jdeo repel
lunt notorij fornicarij qui omnes sunt carnales
Et dicunt notorij fornicarij qui ppter suspicio
one vel aliqua signa pbabilia sed qui sunt
scdm ordine iuris condempnati de tali

cemine vel sponte in Judicio confessi vel cano
nice conuicti vel propter euidenciam facti Et voco
euidenciam facti quando factum est ita notorium quod non
indiget testibus cum nulla possit tergiuersacione
celari ¶ Si sit in peccato occulto tunc sciendum est
quod aliquis esse in peccato mortali occulto potest esse tribus
modis Vno modo quia iam committit actu vel se
commisisse tempore preterito aliquod peccatum mortale de quo
non dolet nec penitet nec conterit Et talis sic
celebrans non solum peccat mortaliter ymo mortalissime
Et de tali dicit apostolus quod qui manducat et bibit
indigne iudicium scilicet iudicium mortis eterne sibi man
ducat et bibit Alio modo aliquis potest esse in peccato
mortali quia scilicet commisit aliquod peccatum mortale quod
non fuit confessus tamen non recolit de illo
peccato et tunc aut talis diligenter examinauit con
sciencium suam antequam ponet se ad celebrandum
et nullomodo potuit recordare de illo peccato et
est in proposito quod si recordaret confiteret illud
peccatum et faceret penitenciam de ipso et in generali con
terit de omnibus peccatis oblitis et iste non solum
non peccat in celebrando ymo virtute sacramenti misse
meretur veniam et absoluitur de illo peccato et ita
intelligitur illud verbum eximii doctoris Augustini
Quod sacramentum illud viuificat mortuos id est illos
qui isto modo existentes in peccato mortali celebrant
tamen si postea recordetur de illo tenetur ipsum confi
teri Et ideo quilibet tenetur antequam ponat
se ad celebrandum diligenter examinare consciam
suam si sit in peccato mortali vel ne Et ita precepit
beatus paulus dicens probet id est examinet se ipsum
homo et sic de pane illo edat et de calice
bibat ¶ Si aut aliquis ~~existit~~ existens in peccato

mortali de quo non recordatur exponat se ad cele
brandum antequam examinavit aliquo modo
consciam suam credo quod peccat quia est transgressor
precepti apostoli iam dicti scilicet illius probet se ipsum
homo etc ¶ Tertio modo potest aliquis esse in peccato
mortali scilicet quod recordatur se deliberate aliquod peccatum
mortale commisisse et tunc aut iste habet iam
copiam in presenti confessoris aut non habet ¶ Si
habet copiam confessoris tenetur antequam celebret confi
teri et nisi confiteatur peccat mortaliter nec suf
ficit sibi confessio generalis que fit in principio
misse quia illa confessio extendit se solum ad
peccata venialia et non ad mortalia et maxime
ad illa de quibus homo recordatur ¶ Si autem
talis non habeat copiam confessoris aut immi
net sibi necessitas celebrandi aut non ¶ Si immi
net sibi necessitas celebrandi puta quia est curatus
et est dies dominica vel aliqua dies solempnis et
populus sibi commissus volt audire missam et erit
scandalum in populo si iste non celebret vel forte
aliquis parochianus suus est infirmus periculose
et requirit istud ut det sibi corpus Christi et iste
non habet ostiam consecratam quam det sibi vel
imminet sibi aliqua alia necessitas legitima cele
brandi sicut sunt nuptie vel aliquod tale in istis
casibus iste tenetur conterere et penitere de peccato
suo et esse in proposito confitendi ipsum quando habebit
1º missam — opportunitatem et dicat missam suam in nomine domini quia proprius
qui est summus sacerdos absolvit eum et confiteatur
postea quando habebit copiam confessoris ¶ Si autem iste
qui sic ut dictum est existit in peccato mortali non
imminet necessitas aliqua legitima celebrandi illo
modo ponat se ad celebrandum quia absque dubio

si celebraret mortalissime peccaret ¶ Sed pone
aliquis sacerdos accepit pecuniam ab aliquo ut
dicat missam de requie numquid talis sacerdos
habet necessitatem licitam celebrandi ita quod possit
celebrare existens in peccato mortali absque hoc quod confi
teatur quia non habeat copiam confessoris // Dico salvo
meliori iudicio quantum mihi videtur quod nullus
sacerdos debet accipere pecuniam pro dicendo
missam ita quod sit intentio sua quod missa equi
pet pro pecunie tamen secundum quod dicit apostolus
si spiritualia nobis seminamus Non est prohibitum quin
sacerdos pro sustentatione vite sue non pro
misse recipiat pecuniam ab eo pro quo dicit
missam et maxime quia sacerdos non habet suffi
cientes redditus pro sustentatione vite Sed
numquid talis receptio pecunie est necessitas licita
celebrandi excusans istum quod existens in peccato mor
tali possit dicere missam absque peccato sine hoc quod
confiteatur si non habeat copiam confessoris Dico sal
uo iudicio meliori quod iste sacerdos aut est obli
gatus ratione beneficii sui collati per superiorem vel
per illum qui habet ius patronatus in illo
beneficio ad dicendum qualibet die missam sicut
sunt illi qui habent vicarias perpetuas in aliqua
ecclesia Et de tali idem videtur dicendum sicut
dixi supra de curato cui imminet necessitas ce
lebrandi scilicet quod conteratur et peniteat de peccato
suo et sit in proposito confitendi et celebret In
nomine domini et confiteatur quam cito occurrat sibi confessor
Aut iste sacerdos recepit pecuniam pro dicendo
aliqua missa singulari sicut sunt multi qui reci
piunt pecuniam pro missis rogatis sicut pro
una missa vel pro pluribus / de Requiem

/vel de spū sto /vel de btā maria /vel de infirmis
et sic de aliis Et de isto dico q nullo mo sacerdos
in pcto mortali antequā confiteatur debet se expone(re)
ad dicendū missam q peccaret mortaliter in
dicendo /nec sacerdos in tali statu debet recipere
pecuniam pro dicendo missam statim ymo debet
se excusare dicendo amice ego nō sum dispositus
pro nunc ad dicendū missam sed qn deus velit
q ego sum bene dispositus libenter faciā q petitis
interim parcatis michi Et si aliquis instanter petat
q statim dicat missam si recepit pecuniā resti
tuat statim et nullomodo exponat se ad celebrandū //
Dixi etiā supra describendo quis et qualis debet
esse minister misse cui nō est prohibitum celebrare
q dixi ppter aliquos religiosos quibus secundum sta
tuta sue religionis inhibetur q nō celebrent
quamdiu sunt in aliquibus pmis pro quibusdam
pctis pctitis ¶ Sed nunquid angelus pot esse
minister istius sacri .i. nunquid angelus pt consecrare
Dicendū q angelus neq bonus neq malus
pt consecrare q nō est susceptibilis caracteris
sacerdotalis Cuius ro est q caracter sacerdotalis
presupponit caracterē baptismale Unde nullus
pt ordinari in sacerdote nisi sit baptizatus
Dicunt ergo doctores sic nullus pt suscipere
caractare sacerdotale nisi sit baptizatus sed an
gelus nō pt baptizari et p ons nō pot in
sacro ordinari Et si dicat q licet angelus nō
sit res corporea tamē pt assumē corpus et sic
poterit in illo corpore baptizari sicut aīa ho
minis nō ē res corporea et tamē baptizatur
in corpore // Dicendū q nō est simile q aliter
unitur aīa corpori et aliter angelus /quia aīa

vnitur corpori ut forma materie Angelus autem
non vnitur sic sed solum vt motor mobili Et ideo
anima baptizato corpore baptizatur non aut angelus
quia anima et corpus faciunt vnum suppositum non sic
angelus cum corpus quesitum assumit Et ideo
cum secundum philosophum in 3° phisicorum methaphisice actiones
sint suppositorum anima baptizato corpore baptizatur
non aut angelus quare angelus consecrare non
potest ¶ Sed quid si angelus predicaret vnam hostiam
dicendo eam esse consecratam numquid illa hostia debe
ret adorari Dicendum est quod si angelus malus
predicaret eam non esset adoranda nisi constaret
pro certo quod esset rite consecrata ¶ Sed si angelus
bonus predicaret eam esset adoranda Et racio est
quia angelus malus teste saluatore mendax est
et pater mendacii et semper nititur decipere homines
quare nunquam debet sibi credi Angelus autem
bonus est semper verax et veritatis alumpnus
et semper nititur ad hominis saluacionem et ideo
semper debet sibi credi ¶ Verum quod ut dicit apostolus
Angelus malus sepe transfigurat se in angelum
lucis semper hostia ab angelo predicata est ado
randa sub condicione scilicet si est rite consecrata
nisi constaret pro certo quod esset angelus bonus

Materia sacri **Capitulum xxiiii de materia eucharistie**

Misse est duplex videlicet panis et
vinum Et racio quare ista duo sunt materia huius
sacramenti est quia istud sacramentum ordinatur ad spiritualem
nutricionem Nunc aut sicut nutricio corporalis
consistit in cibo et in potu corporalibus et panis
habet maiorem racionem cibi et vinum habet racionem
potus Ita nutricio spiritualis consistit in cibo et
potu spiritualibus Et ideo in isto sacramento datur

corpus xpi sub spe panis in cibu et sanguis xpi
sub spe vini in potu et ita dicit ipsemet xpus. Jo.
vi vbi dicit sic Caro mea vere est cibus et sang
uis meus ve e potus Sciendu aute qd panis
qui est ma istius sacri est panis de tritico aqua
elementali confectus Dico panis quia in pasta
non posset confici corpus xpi Dico eciam de tritico
qr in alio pane sicut in pane de siligine vel
de ordeo vel de quocumqz alio grano nisi de tritico
no posset celebrari missa Dico eciam aqua elem
tali confectus quia esto qd panis esset de tritico si
esset confectus cu alia aqua uel cu latte uel cum
aqua rosaceo et sic de aliis vlit et nisi esset
confectus cum aqua simplici ex tali pane non
posset confici corpus xpi ¶ Sciend eciam qd ex
precepto et vsu Romane eccie que disponete dno
omn ecclian mater est et magra Et ideo omes
eccie sibi tamqm mri et magre debent in omnibus
obedire Panis de quo conficitur corpus xpi debz
esse azimus qr et si ex vi sacri in pane fermetato
posset confici corpus xpi nichilominus q i pane
fermentato celebraret mortaliter peccaret et esset
grauiter puniendus Notand eciam qd vinu qd est
materia istius sacri debet esse vinu de vite qr
in alio vino sicut in vino maloz granatoru
vel moroz vel pomoz vel in quocumqz alio
vino nisi in vino de vite no pt celebrari No
tandu eciam qd i aceto uel in agresta no pt conse
crari et intelligo de aceto qd e omno acetu qr in
vino aliquantulu acetoso posset bene consecrari
licet no deberet qui posset hre aliud vinu Et
ro est quia no sunt eiusde spes cu vino cu
habeat contrarias virtutes In musto eciam

posset consecrari tamen credo quod melius est quod expec-
tetur quod sit bene depuratum cum mustum ratione
sue viscositatis vix posset bene euelli quin aliquid
de eo remanet in vase Racio quare ista duo scilicet
panis de tritico et vinum de vite sunt magis
materia huius sacramenti quam aliqua alia duo est ista
potissima quod scilicet christus instituit istud sacramentum
in ista materia celebrari si enim in alia materia
instituisset illa materia esset propria materia istius
sacramenti sed congruenter christus in ista materia magis
instituit istud sacramentum celebrari quam in alia quia
effectus corporales panis et vini magis spiritualiter
conueniunt huic sacramento Panis enim habet corpora-
liter confortare iuxta illud psalmi panis cor
hominis confirmet vinum habet eciam letificare
iuxta illud eiusdem vinum letificet cor hominis
Et istud sacramentum digne sumentem spiritualiter confortat
ne in via huius mundi deficiat ideo vocatur
viaticum id est viatores confortans et letificans
Et ideo vocatur Eukaristia ab eu quod est bonum
et caris quod est gracia quasi bona gracia que sumen-
tem letificat Sicut enim panis ex multis
granis conficitur et vinum ex multis racemis
confluit sic in perceptione corporis et sanguinis
christi fideles ad inuicem spiritualiter vniuntur
Ideo vocatur communio a com quod est simul et vnio quasi
simul vnio Ipse eciam christus comparauit se grano
frumenti dicens Jo. xii c. Nisi granum frumenti
cadens in terram etc. Comparauit se eciam viti dicens
Jo xv c Ego sum vitis Et ideo congrue sacramentum
corporis et sanguinis christi in vino de vite et in
pane de tritico celebratur Eciam sciendum quod licet
aqua non sit de essentia materie huius sacramenti

tamē debet admiſceri vino in calice ſed in mo
dica quātitate quia aqua ſignificat p̄p̄lm̄ Iuxta
illud Apocal. Aque multe p̄p̄li multi Ideo unio
aque cū vino in calice ſig̃ficat vnionē ſpūalē
xp̄i et p̄p̄li que fit virtute hui9 ſacrī. Sed
nūquid ſacerdos poſſet de quacūq; q̄ntitate de
iſta m̄a conſecrare Dicūt aliqui doctores q̄
nō ſed ſolū q̄ntū ſufficeret ſibi et p̄p̄lo ſibi
cōmiſſo quoꝝ rō eſt quia cū iſtud ſacrm̄
ordinetur ad vſū fideliū ſacerdos nō pōt
plus conſecrare niſi quantū ſufficit vſui
fideliū Alii aūt doctores dicūt quod non
eſt determīata q̄ntitas vltra quā ſacerdos nō
poſſet conſecrare de pane et vino ymo in q̄n
tacūq; q̄ntitate p̄ntaret ſibi panis et vinū
in tanta q̄ntitate poſſet conſecrare Cū enī
i forma conſecrationis ponat̄ iſtud p̄nomē
demōſtratiuū hic hec hoc op̄tet q̄ mātia cōſe
cranda obiciat̄ oculis ſacerdotis Vn̄ dicūt
q̄ ſacerdos exnōs in altari nō poſſet cōſecrare
totū pane qui ē in platea vel totū vinū q̄
eſt in cellario ſed totū pane et totū vinū q̄
ſibi offerret̄ in q̄ntacūq; q̄ntitate eſſet poſſet
conſecrare Et rō quia ſi prima opīo eſſet
vera ſequeret̄ q̄ ſacerdos exnōs in deſerto non
poſſet tot hoſtias conſecrare quot poſſet
exnōs in vna magna ciuitate Nec etiā ſacerdos
ſimplex poſſet tot conſecrare quot poſſet ſa
cerdos curatus que oīa ſūt abſq; rōne dcā
Et rn̄dent ad rōne alioꝝ et dicūt q̄ dcā
eſt int̄ iſtud ſacrm̄ et alia ſacra Nam eſſen
cia alioꝝ ſacroꝝ conſiſtit in dispenſatōe
et vſu mātie ſicut eſſentia baptiſmi cōſiſtit

in aspsione aque et plaτione forme Et ita est de alys sacris Sed eentia sacri eucha ristie ɔsistit in cosecratioe matie et no i usu eius pp posito q̄ nunq̄ hostia consecrata su mēt ad huc verū esset sacrm̄ Et ideo licet sacerdos no deat consecrare nisi tot hostias quot sut sibi et ppl'o suo necessaria tamen si ɔsecraret mille millia omes essent ɔsecrate
Solet eciā ab aliquibus ita istam matiā talis questio moueri Si essent hic xiij hostie consecrande et sacrdos no crederet esse nisi duo deci nunq̄ omes crederim essent consecrate
Ad hoc videt btus Richari Archepus Com postellanus Mgr in Theologia in quo dā quod libeto suo et dicit q̄ aut iste sacerdos itēdit cosecrare omes hostias q̄ sunt ante se quotqt sint tamē no credit q̄ sint nisi duodecim et tūc dicit q̄ omes sunt cosecrate Aut itendit ptise consecrare duodeci et no plu res et no deciat que sunt ille duodeci et tunc dicit q̄ nulla est consecrata q̄ cū qlib; sit cosecrabilis ita vna sicut alia et sacerdos no determinet se magis ad ista q̄ ad illa qua rone tu diceres q̄ ista no esset consecrata eadē rone ego dicā q̄ nec illa et sic poterit dici de qualibet quare neutra erit consecrata Vn̄ qn̄ sacerdos habet consecrare plures hos tias no debet se deciare ad certū nūm sed debet hr̄e intencione ut consecret quidq̄ est an se Et ista sufficiant de matia eukaristie

Capl'm Quartū de forma eucharistie

Omniū sacrorum forme consistūt in ūbis certis et deciatis Et ideo forma sacri

eucharistie in aliquibus ubis limitatis ↄſiſtit
Ad ſciend autem i quibus verbis ↄſiſtit forma
iſtius ſacri // Sciend q in miſſa ſut queda
uerba que ſut de ſolempnitate tm et queda
que ſut de ncitate Verba que ſut de ſolemp
nitate ſunt illa que ſolu faciut ad ornatu et
ad quenda decore miſſe ſicut ſut proſe et
aliqui verſus qui dicut infra gloria i excelſis
deo et infra ſcus et infra agnus dei et iſta n
faciut ad eſſencia miſſe ymo credo q quado
debet eſſe ſermo deberent dimitti totalit vel
ad minus abbreuiari q plus pficiat ſermo q
talia carmina cu iſta mulceant aures cordis
ſermo medeat languoribus cordis Verba que
ſut de ncitate ſut illa q dicte ſut de officio
miſſe // Sciendu aute q duplex eſt ncitas q
queda e ncitas ſacri et queda eſt ncitas prepti
In miſſa ergo queda verba ſunt de ncitate pre
cepti Queda ſunt de ncitate ſacri De ncitate
precepti ſunt oia illa uba q a bto petro aplo
et ab alijs ſumis pontificibus ſucceſſorib ſuis
fuerut inſtituta dici in miſſa De ncitate vero
ſacri ſut illa que xpus in cena ptulit qn ſacrm
inſtituit Et e dca mt iſta uba qua ſi quis di
mittet illa uba que ſut tm de ncitate prepti
et diceret illa que ſunt de ncitate ſacri et
heret intencione conſecrandi conſervaret tame
mortaliſſime peccaret et eſſet grauiſſime pu
niendus Si aute diceret oia illa uba que ſut
de ncitate prepti et dimitteret illa q ſut de ne
ceſſitate ſacri quatuncu intenderet ↄſecrare
nullo tame mo conſervaret Cu ergo et ſcdm
phm forma ſit q dat eſſe rei et ſine qua

res eſſe non poteſt manifeſtum eſt quod illa ſola verba
que ſunt de neceſſitate ſacramenti ſunt forma huius ſacramenti
iſta autem verba quantum ad formam conſecrationis cor
poris ſunt hec / hoc eſt enim corpus meum ¶ Sci
endum autem quod hic / enim non eſt de neceſſitate ſacramenti
quod poſito quod aliquis ſacerdos cum intentione conſe
crandi proferret iſta verba hoc eſt corpus meum
et non diceret enim / vere conſecraret ¶ Utrum
autem oporteat quod precedant aliqua verba que
ſint de integritate forme Notandum quod magiſter
Io ſcotus in quarto ſuo dicit quod omnia illa verba
ab illo loco Qui pridie patietur etc incluſiue
uſque ad locum illud ſimili modo etc excluſiue
neceſſaria ſunt ad formam conſecrationis corporis
et ratio ſua eſt quia ſacerdos conſecrans profert
verba conſecrationis in perſona chriſti oportet ergo
quod verba conſecrationis precedant aliqua verba
per que demonſtretur quod ſacerdos loquitur in perſona
chriſti Illa autem ſunt illa verba Qui pridie etc
ergo de neceſſitate oportet quod illa verba precedant
et iſtud declarat ipſe per tale exemplum Si magiſter
diceret dico chriſtum iheſum incarnatum fuiſſe certum
chriſtianis / incertum eſſet utrum illud verbum fuiſſet
dictum a beato paulo Sed ſi ipſe diceret paulus
dixit dico iheſum chriſtum etc tunc eſſet certum
audientibus certum quod illud verbum eſſet dictum
a beato paulo / ſimiliter in propoſito ad hoc quod de
notetur quod ſacerdos dicit verba iſta ſcilicet hoc
eſt corpus etc In perſona chriſti oportet quod precedat
aliqua verba per que detur intelligi quod chriſtus
dixit illa verba hoc eſt corpus etc Iſta autem
verba ſunt Qui pridie etc Alij autem doc
tores dicunt ut dictum eſt quod duplex eſt neceſſitas

ſ nitas ſacri et neceſſitas precepti Dicit ergo
q de necitate ſacramenti ſut tm iſta quatuor vba
hoc eſt corpus meu qr cu iſtis quatuor vbis
fieret conſecracio ſi ſacerdos dicet ea cu itentoe
conſecrandi omnia aute alia ſunt tm de necitate
precepti qr ſi ſcient obmitteret aliquod eorum mor
talit peccaret nichilominus conſecrant Et videtur
ad rone ſua qui dicit q ſacerdos conſecrans
loquitur in perſona xpi Et ideo oportet q dicat
aliqua vba per que denotetur q loquitur in perſona
xpi Dico q iſtud de necitate ſacri no requirit
Sed ſufficit intencio ſacerdotis intendentis
loqui in perſona xpi et propterea iſta verba
hoc eſt etc ſatis oſtendunt q ſacerdos no loquitur
in perſona propria qr nullus credit q ſacerdos
velit dice q illud ſit ſuu propriu corpus ſed
loquitur in perſona xpi cuius illud e corpus
Dicendu eſt ergo q forma conſecracionis corporis
xpi preciſe conſiſtit in hijs verbis hoc eſt etc
De hoc aut quid demret illud pnome demoſt
tiuu hoc Cu dicit hoc eſt etc eſt magna du
bitacio Ad hoc dixerut aliqui doctores q iſtud
pnomie hoc demrat corpus xpi Alij dixerut
ſbam panis ſed iſtud ſalua reuerencia dicentiu
non eſt veru Et arguo ſic contra eos ſcdm
cmunem oim doctorum et ſcdm veritate vba
ſacramentalia efficiunt illud q ſignificant Sed
verba predca ſ. hoc eſt corpus meu non
efficiunt q corpus xpi nq ſit corpus xpi
quia anteq vba illa pferent corpus xpi
erat corpus xpi nec eciam efficiunt q panis
ſit corpus xpi quia iſta eſt falſa panis e
corpus xpi ergo iſtud pnome hoc non

demrat corpus xpi nec sbam panis Et propter
hoc dicunt alii quod istud pnome hoc nihil
demrat quia dicitur recitative a sacerdote
Et ideo hoc pnome hoc non tenetur demratiue
sed materialiter tantum sed istud nihil est dictum quod non
tollit difficultatem quia licet ista verba dicantur
modo recitatiuo a sacerdote consecrante tamen
xpus consecrans in die cene non dixit ista
verba recitatiue et ideo quando dixit ista verba
istud pnome hoc aliquid demrabat Et ideo
quero quid demrabat tunc et remanet
eadem difficultas que prius Et ideo dicunt
aliqui quod istud pnome hoc nihil determinatum
demrat sed demrat aliquid indeterminatum Unde
quando dicitur hoc est corpus meum est sensus hoc
quod continetur sub istis speciebus quodcumque sit illud
est corpus meum Et si obiciatur quod illud quod
continetur sub istis speciebus pro toto tempore
quo dicuntur verba est panis quia corpus xpi
non incipit ibi esse nisi post plationem ultime
sillabe scilicet meum ergo scilicet quando dicitur sit hoc est etc
sit sensus quod illud quod continetur sub illis speciebus
sit corpus xpi quod est falsum // Dicendum quod
ista ppo hoc est etc sicut et quelibet alia donec
tota pferatur non est perfecta nec perfectum sensum
generat in animo auditoris et ideo non est iu-
dicandum de eius veritate quousque sit tota
prolata Constat autem secundum fidem quod
illud quod continetur sub illis speciebus post
plationem ultime sillabe est corpus xpi Et ideo
vere dicitur quod illud hoc demrat illud quod
continetur sub illis speciebus quodcumque sit illud
et ista sufficiant de forma consecrationis corporis//

Circa formam consecrationis sanguinis sciendum
quod in quibus verbis consistit forma conserva-
tionis sanguinis est duplex opinio Nam sanctus
Thomas de Aquino et sui sequaces dicunt quod
forma consecrationis sanguinis consistit in hiis
verbis Hic est calix sanguinis mei novi et
eterni testamenti misterium fidei qui pro vobis
et pro multis effundetur in remissionem peccatorum
Ita quod omnia ista verba sunt de essentia forme
et qui aliquod istorum dimitteret nichil faceret et
ratio sua est ista quod de essentia et integritate
alicuius propositionis non solum sunt subiectum et predi-
catum sed etiam ea que sunt determinationes sub-
iecti et predicati sed ista verba novi et eterni
testamenti etc. usque peccatorum sunt determinationes istius
predicati sanguinis mei quare omnia sunt de essentia
forme Magister autem Henricus de Gandavo et
sui sequaces dicunt quod in istis verbis tantum Hic
est calix sanguinis mei consistit forma conse-
crationis sanguinis et istis verbis dictis statim
est ibi sanguis Christi Alia autem verba que sequuntur
scilicet novi et eterni testamenti etc. non sunt solum de
essencia forme nec de necessitate sacramenti sed
solum de necessitate precepti Unde qui dimitteret
aliquod istorum verborum novi et eterni etc. licet pec-
caret tamen nichilominus consecraret Et ratio
istorum est ista quod per formas sacramentales non
importatur de necessitate sacramenti nisi illud
quod efficiunt / sed essentia sanguinis Christi in isto
sacramento directe et complete significatur per ista
verba precise Hic est calix sanguinis mei
Quare in istis verbis precise consistit for-
ma consecrationis sanguinis Que istarum opinionum

sit verior fateor me nescire || Prima tamen
reputo securiorem et ad eam confirmandam adducit
fr Bernardus de ganato / qui electus claramontensis
baccalarius in theologia in correctorio suo
contra ... talia duo ponit sig
na Primum quod sacerdos in missa non ostendit
populo sanguinem adorandum quousque compleverit
omnia verba predicta scilicet hic est calix etc usque in re
missionem peccatorum et statim dictis hiis verbis
elevat calicem ostendens sanguinem Christi esse populo
adorandum in signum quod tunc est completa con
secratio sanguinis et non ante Secundum signum
est quod beatus Ambrosius qui est unus de quatuor
doctoribus principalibus ecclesie in missali
suo scripsit omnia verba predicta aureis litteris
ergo de intencione beati Ambrosii fuit quod omnia
verba sunt de consecratione sanguinis Iudicio
autem meo pro isto videtur esse de intentione
illius decretalis de celebratione missarum Cum
Marthe Casus eius decretalis est iste Quidam
enim Episcopus attendens et videns quod in nullo
evangeliorum invenitur quod aliquis evangelistarum
posuerit ista verba mysterium fidei / mirabatur
quis fuerit tante audacie quod ausus fuerit
verbis sacramentalibus interponere verba
ista / et super hoc consuluit dominum papam Et
constat quod intentio sua erat quod illud esset
de integritate forme aliter quod suo esset illa
quia eodem modo posset querere de quolibet verbo
totius canonis Et papa non reprendit eum de
questione illa immo emendat ergo videtur quod omnia
verba illa sunt de integritate forme Et
quidquid sit de veritate istarum opinionum consulo

tamen cuicumque celebranti quod dicat omnia sub uno
contemptu et cum actuali intentione quanta
poterit consecrandi ¶ Sciendum autem quod ista
verba istius forme tangunt quatuor bene
ficia que recepimus a passione christi cuius
passionis istud sacramentum est rememoratiuum secundum
verbum apostoli prima ad cor. dicentis Quotiens
cumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis
mortem domini annunciabitis ¶ Primus effectus
siue primum beneficium passionis christi est quod per ipsam
sumus a potestate diaboli liberati et istud tan
gitur in forma sacramenti cum dicitur calix sanguinis
Sicut enim filii israel fuerunt de potestate et ser
uitute pharaonis per sanguinem agni paschalis
liberati Ita populus fidelis est a potestate demonis
liberatus per sanguinem christi secundum quod confitetur
beatus Johannes in apocalipsi dicens de christo Rede
misti nos deus in sanguine tuo ¶ Secundus effectus
siue secundum beneficium quod recepimus per passionem
christi est quod per ipsam sumus celestis glorie
heredes facti Et istud tangit in forma ista
cum dicitur noui et eterni testamenti sicut enim
pater condens testamentum filios heredes instituit
sic christus nouum testamentum ordinans fideles
instituit heredes glorie paradisi Et istud testa
mentum fuit in sua passione confirmatum
quod testamentum morte testatoris confirmatur
Et hoc est quod dicit beatus paulus in epistola ad
hebreos dicens de christo Noui testamenti me
diator est ut morte intercedente repromissionem
capiant qui vocati sunt superne hereditatis
¶ Sciendum autem quod lex euangelica dicitur nouum
et eternum testamentum ad differentiam legis mosayce

q fuit testamentum vetus et transitorium Et dicitur
nouum quia noua promittit videlicet bona celes
tia que nunquam leguntur fuisse promissa in veteri
testamento sed solum bona temporalia Et ideo quia
bona temporalia transitoria sunt Ideo testamentum
vetus fuit transitorium Et quia bona celestia eterna
sunt Ideo testamentum nouum vocatur eternum
Dicitur etiam nouum quia fuit nouo modo institutum
Lex enim mosayca fuit instituta cum sanguine
animalium secundum quod legitur et recitat apostolus in
epistola ad hebreos dicens quod postquam moyses
scripserat legem in libro et legerat coram omni
populo aspersit librum et populum sanguine dicens hic
est sanguis testamenti Sed lex euangelica
fuit instituta mediante sanguine christi secundum quod
dicit idem christus dicens Hic calix nouum testa
mentum est in meo sanguine Et istam racionem
tangit apostolus ad hebreos dicens Non enim
per sanguinem hyrcorum aut vitulorum sed per
proprium sanguinem introiuit semel in sancta eterna
redempcione inuenta et ideo noui testamenti
mediator est ¶ Tercius effectus siue tercium
beneficium quod per passionem christi percipimus est
quod per ipsam sumus de fide catholica infor
mati et istud tangitur in forma istius sacra
